



JOANNES CLERICATUS JUD.
PRÆPOSITUS PATAVINUS.
Multiplex litterarum copia. Libris editis.
Causis dicendis. Pateat. Pata. clarus, et notus.
Abatis sup. LXXXIV

DECISIONES SACRAMENTALES

Theologicæ, Canonicae, & Legales,

I N Q U I B U S

Tota materia Sacramentorum, Theologiae Moralis, Juris Canonici, & Quaestiones plurimae Juris Civiles tractantur, explicantur, & dilucidantur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatae.

A U C T O R E

JOANNE CLERICATO
PRÆPOSITO PATAVINO J. U. D.

Olim in Curia Episcopali Patavina Advocato, & Promotore Fiscali, deinde Auditore, ac denique sub Regimine Eminentiſſi, ac Reverentiſſi. S. M.

GREGORII CARDINALIS BARBADICI
EPISCOPI PATAVINI VICARIO GENERALI.

O P U S

Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studioſis utile, ac jucundum; tres in Tomos, novemque libros digestum; quorum tenor, in eorum Indice, demonstratur.

EDITIO NOVISSIMA.

T O M U S P R I M U S

Continens Tractatus, I. De Sacramentis in Genere, II. De Eucharistia, III. De Sacrosancto Missæ Sacrificio.



ANCONÆ, MDCCLVII.

SED PROSTANT

V E N E T I I S

IN TYPOGRAPHIA POLETTI.

Eminentiss. ac Reverendiss. D. D.

JOANNI FRANCISCO S. R. E. CARDINALI NIGRONO

Joannes Clericatus Præpositus Patavinus **FELICITATEM.**



Inter cætera Astronomorum signa, ad præsa-
giendam in natalibus hominum prosperita-
tem, illud est præcipuum, si aliquod e majoribus Luminaribus Cæ-
li sit bene affectum cum Horoscopo illius, qui nascitur; ea ratio-
ne, quia, cum Sol sit caloris vitalis largitor, & Luna humidi ra-
dicalis conservatrix, vitæque humana ex conservatione ejusdem ca-
loris, & humidi pendeat, ut in his Decisionibus demonstratur *Decis.*
LXXVI. num. 5. ubi unus, vel alter eorumdem Planetarum benigne

DE
SACRAMENTIS
IN GENERE, AC DE SACRAMENTALIBUS,
Nec non de Sacramentis
BAPTISMI, CONFIRMATIONIS,
ATQUE
EXTREMÆ UNCTIONIS
DECISIONES,
IN QUIBUS

*Ex studio, & Responsis Cleri Patavini ad Casus Conscientiæ,
propositos Annis 1687. 1688. 1692.*

Explicatur tota doctrina concernens eadem Sacramenta, adornata non solum argumentis,
& Summariis; sed etiam variis, & proficuis Eruditionibus, Historiis, Ritibus,
Exemplis, ac curiosis Quæstionibus ex Theologia, Philosophia,
Medicina, ac utroque Jure collectis.

LIBER PRIMUS.



D E SACRAMENTIS I N G E N E R E.

D E C I S I O I. A R G U M E N T U M.

Referuntur variae significationes huius vocis Sacramenti. Item diversae definitiones, ac divisiones. Sacramenta consistere Materiam, Formam, ac Intentionem demonstratur.

S U M M A R I U M.

1. Positio Sacramenti significationes varias.
2. Signa vel Saepe, quae non sunt Sacramenta.
3. Sacramenti definitiones varias.
4. Sacramenti genera tria.
5. Differentia inter Sacramenta legis veteris, & veteris.
6. Sacramenta quae sunt?
7. Sacramentorum divisio multiplex.
8. Sacramenta ex quibus consistunt?

AD maiorem huius materiae Sacramentorum in genere intelligentiam praenotare oportet sequentes huius nominis Sacramenti significationes. Itaque sciendum, Sacramentum significare 1. Secretum humanum. Tob. 12. *Sacramentum Regis abscondere bonum est*, & Apoc. 17. *Dicam tibi Sacramentum mulieris, id est Secretum*. 2. Jururandum. Baruch. 5. *Samel perjuratus, nec restitit sit, nec necesse est ad Sacramentum*, id est ad iurandum. 3. Mysteria divina intellectui humano abscondita, puta Sacramentum Trinitatis, seu Incarnationis Dei. Matth. 13. *Vobis deum est esse mysteria Regni Dei*, nempe Sacramenta, arcana; & res latentes. 4. Pignus a litigantibus in loco Sacro depositum. Ita Varro lib. 4. de Ling. Lat. Gonzal. in 1. *Omnia divi, de Poetis* nam. 12. ubi plures DD. allegat. 5. Tandem innuere Rem Sacram pertinetem ad Dei cultum, vel ad vitae sanctitatem, cujus signum est Sacramentum; advertebatur tamen, quod non omne signum rei Sacrae est Sacramentum, nam Manna signum erat Eucharistiae; aqua edula per Moysen a filice significabat gratiam dandam per Christum; linguae ignis, super capita Apostolorum in die Pentecostes apparentes, innuebant gratiam Confirmationis, & dona linguarum; & utines alicuius veteris testamenti, vel etiam legis naturae significabant omnia Sacra peragenda in lege gratiae, & tamen Sacramenta non sunt, ut subtiliter explicat Eminentiſſ. Cardin. de Laurea in 4. lib. *Sententiarum*, tom. 1. *De Sacramentis in genere* disp. 1. art. 1. ubi contra Lutherum, Zuingleum, & Melanctonem, & caeteros haereticos Sacramentarios firmat, Sacramenti nomen impostare signum rei sacrae latentis, non autem ipsam rem latentem.

3. His praemissis, variae definitiones Sacramenti a DD. referuntur. Prima: *Sacramentum est signum rei sacrae*. Mag. Sent. in 4. disp. 1. Sed haec est potius Etymologia, quam definitio, quia non convertitur cum definito; non enim omne signum rei Sacrae est Sacramentum. *De Sacramentis in genere*.

Secunde: *Sacramentum est invisibile gratiae visibile forma*. Hugo Victor. lib. 3. de Sacram. p. 9. Valques. c. 4. m. 28. Sed neque haec subsistit, nam by visibile non est commune omni Sacramentum; verba enim in omni Sacramentum requisita non videntur, & tamen essentialiter requiruntur. Tertia: *Sacramentum est sacra, ac sensibile exterioritas, huiusmodi aliquo modo sanctificans; Et verum animae sanctificationis ex institutione significans*. Suarez in 3. p. 9. bo. art. 3. Sed & haec redarguitur; nam dari possunt plura verba Sacramenta, quae tamen hominem non sanctificant, ut de contrahente Matrimonium cum obice, vel de suscipiente alia Sacramenta in peccato. Quarta: *Sacramentum est exterioritas sensibile, quae suo usu sanctificandi subiectum, significat gratiam internam, cuius est causa*. Card. de Logo de Sacram. disp. 1. sect. 2. m. 25. Sed impugatur, eo quia Eucharistiae sompno est exterioritas sensibilis, quae suo usu sanctificandi subiectum significat gratiam internam; & tamen Sacramentum non est ipsa sumptio, siquidem Eucharistiae est Sacramentum absque sumptione. Ulterius allata definitio occurrunt Martyro, quod ex opere operato gratiam confert ex multorum sententia; & tamen Sacramentum non est. Eminentiſſ. Card. de Laurea d. tom. 1. de Sacram. in genere disp. 1. art. 4. num. 55. Quinta: *Sacramentum est signum sensibile, gratiae Dei, vel effectus eius gratiam efficaciter significans, ex institutione divina, ordinatum ad salutem hominis vivens*. Scotus in 4. disp. 1. q. 2. M. Haec videtur perfecta definitio, continens genus, & differentias, quibus Sacramenta novae legis demonstrantur, & ab aliis tum naturae, tum veteris legis Sacramentis, exterius ceremoniis sacris distinguuntur, ut plene comprehendat Eminentiſſ. Cardin. de Laurea d. disp. 1. art. 4. n. 59. Et cum sere quilibet Doctor suam propriam illeget definitionem, caeteris omissis, non est omittenda illa Cardin. Toleti lib. 2. cap. 17. nam. 1. videlicet, *Sacramentum est signum sensibile spiritus animae sanctificationis, ad cultum veri Dei, & Christo Domino institutum*. In qua definitione Signum est genus; tria autem sunt genera signorum: Rememorativum, ut filum ligatum in digito. Demonstrativum, ut ramus ante tabernaculum. Et Praesens, ut Iris indicans pluviam futuram. Sacramentum est signum Rememorativum passionis Dominicæ, Demonstrativum gratiae sanctificantis animas fidelium, & Praesens futuræ gloriae. Dicitur in definitione signum sensibile, quia constituta sunt Sacramenta in rebus, quae cadunt sub sensu. Dicitur, *Spiritualis anima sanctificationis*; id est donorum spiritualium, virtutum, & gratiarum, quae infunduntur in animam suscipientium Sacramenta; & cum sint spiritualia, & imperceptibilia, demonstrantur per illa signa sensibilia. Dicitur, *Ad cultum veri Dei*, quia non solum Sacramenta sunt medicinae spirituales animarum a Christo Redemptore preparatae; sed etiam ritus, & exterioritas sacrae ab eodem tanquam Magistro nobis propositae, quibus Deum veneremur. Tandem dicitur, *A Christo Domino institutum*; quia Sacramentorum novae legis auctor est Christus

DE VENERABILI
EUCCHARISTIÆ
SACRAMENTO
DECISIONES
THEOLOGICO-LEGALES,
IN QUIBUS

non solum præcipuæ Quæstiones, ex utraque Theologia Scholastica, & Morali selectæ circa
Materiam, Formam, Accidentia, ac Effectus SS. EUCCHARISTIÆ tractantur; sed
etiam ejusdem Sacri Ritus antiqui, & moderni circa locum, tempus,
& dispositionem Ministrantium, atque Sumentium exponuntur;

plurimæque Controversiæ Dogmaticæ, Canonica, Forenses, Medicæ,
& Historiales, hoc Divinum SACRAMENTUM
concernentes, explanantur;

triplici Indice Argumentorum, Controversiarum, & Rerum ornata;

ex Responsis Cleri Patavini Anno 1689. collectæ.

LIBER SECUNDUS.

DE SACROSANCTO
MISSÆ
SACRIFICIO
DECISIONES
IN QUIBUS

Ex Studio, & Responsis Cleri Patavini Anno 1690.

Non solum præcipuæ Quæstiones concernentes veritatem, essentiam, fructum, actionem, applicationem, & aliam Sacrificii Eucharistici explicantur: sed etiam de Sacrificiis, ac Sacerdotibus Legis Naturæ, & Mosaicæ plene disseritur; de Tabernaculo, Temploque Judæorum, de cunctis Levitarum ordinibus, de Prophetis, Prophetissis, ac Sibillis, & demum de Ecclesiis, ac Altaribus Christianorum, Campanilibus, Campanis, Horologiis, Organis, deque Tonsura, Veste Tallari, ac aliis Ornamentis, & obligationibus Sacerdotum.

Additis Decretis plurimis Sacræ Congregationis
SACRIFICIUM MISSÆ
concernentibus.

LIBERTERTIUS.